26 h *Hec autem omnia*.] Adde, † quòd iſta qualitas debet probari per accuſatorem, ſiue querelantem, quia quilibet præ-
27 ſumitur honeſtus, Cæpol. conſ. 58. in fine, vbi dicit, † quòd per complices delicti poteſt probari inhoneſtas. De hoc vide Boſſ. in tit. de plurib. violent. numer. 65. cum ſeq. & ibi tenet Boſſ. quod ſi ſtatutū requereret qualitatem honeſtatis, accuſans ſiue Fiſcus illam probare tenetur, ſed quod contrarium ſeruatur, quia accuſati capitulāt inhoneſtatem. Sed de hoc vide omninò Maſcar. de probat. concluſ. 1248. num. 21. volum. 3. vbi latè de iſta quæſtione, & declarat dictum Boſſij. Et, quòd qualitas honeſtatis à ſtatuto requiſita ſit probanda, vide Burſat. in conſ. 69. num. 4. Cephal. conſ. 206. numer. 7. & 350. numer. 24. Rimin. ſen. conſ. 17. numer. 16. Roland. conſil. 84. numer. 10. volum. 3. & ſi non eſſet probanda ſecundum opinionem aliquorum, ſaltem deberet allegari Socin. conſ. 274. & quòd talis qualitas eſſet ponēda in inquiſitione, tenuit idem Rimin. in d. conſ. 17. numer. 16. & de hac materia vide Bertaz. in conſ. 50. per totum, vbi multos accumulauit tenentes, quòd talis qualitas honeſtatis probari debeat, & in materia qualitatum, quæ requiruntur à ſtatuto, quando ſunt qualitates, quæ à iure præſumuntur; quando ſint probandæ, vide, quę appoſui in q. 85. ver. vbi agitur de imponenda.

alle. numer. 8. h *Hæc autem omnia intelligenda ſunt, vt procedant, ſi puella, quæ ſtuprum paſſa eſt, ſit* [i] *honeſtæ vitę,* [k] *alias verò non haberet locum diſpoſitio d. cap. Et ita illa iura intelligunt Scribentes, vt atteſtatur Pariſ. conſ. 100. nu. 14. lib. 4. vbi in facti contingentia ita conſuluit. De iure autem ciuili pro ſtupro cum virgine commiſſo non imponitur pœna mortis, & eſt communis opin. vt dicit Bermon. in tractat. præallegato, 110. num. 34. ſed dimidię partis bonorum, cum relegatione, licet (vt dixi) non ſeruetur.* [l] *Quod intellige, ſi tale ſtuprū ſine vi commiſſum fuerit. Nā ſi violentia interuenerit vtiq. punitur pœna mortis, vt habetur in §. item lex Iul. Inſt. de publ. iud.*

28 Item adde, † quòd ſi probaretur, ſtuprum fuiſſe commiſſum de voluntate puellæ, vel cum ea conuentum fuiſſet de pretio, ipſa puella perderet ius petendæ dotis; tamen pater puellæ poſſet agere actione iniuriarum, & damni æſtimationem ſibi pronenientis, petere, quia maiori eget pecunia ad eam dotandam, ita concludit Bernar. Diaz. in pract. crimin. canon. in cap. 77. ver. Quantum autem.

29 Item adde, † quòd inhoneſtas mulieris probari poteſt per teſtes ſingulares, Grammat. deciſ. 107. num. 9. quæ inhoneſtas facit ſtuprum impunibile, vt ibi per eum, & Natt. conſ. 421. num. 12. & 13.

30 Item adde, † qua pæna teneatur ille, qui non intulit vim virgini, ſed ſolum illam interrogauit, & appoſuit manum ad brachium, Bertaz. in conſ. 203. vol. 1.

31 Item adde, † quòd ſtuprum non purgatur per longam cohabitationem, vel per concubinatum, & quomodo, & quæ requirantur, vide per Grammat. in vot. 4. & an concubinatus
32 probetur per diſparitatem perſonarum, & per longam cohabitationem, Maſcar. de prob. concl. 341. & 342. vol. 1.

33 Item adde, † quod ponens ſcalas ad feneſtras, ſiue muros alicuius mulieris honeſtæ cauſa violandæ eius caſtitatis, punitur pæna mortis; ſi verò non eſſet mulier caſta, ſed meretrix, punitur pęna extraordinaria, Bald. in leg. fin. 1. lect. ff. de rer. diuiſ. Et ita executum fuit in Ciuitate Neap. vt atteſtatur Grammat. in deciſ. 36. vbi latiſſimè de hoc tractauit; ſed ibi aderat bannum, de mandato Proregis emanatum.

34 Item adde, † quod ſtuprans viduam cognatam, vel aliam, cum qua matrimonium eſſe non poſſit, pæna deportationis punitur, leg. ſi quis viduam, ff. de quæſt. & ibi Marſil. & ea-
35 dem pæna punitur vidua, vt ibi per eundem Marſil. numer. quart. cum ſequent. vbi hanc quæſtionem latè examinauit. *Baiard.*

i *Honeſtę vitę.*] Et idem in ſponſo cognoſcente ſponſam immaturam 12. ann. uide per Lud. Carrer. in pract. crimin. §. Homic. 6. poſt num. 103. *Giach.*

k *Alias verò.*] Adde, & vide Natt. conſil. 421. numer. 12. 13. Sed quid de illo, qui ancillam ſclauam ſtuprauit, dic puniri extraordinarie, atque arbitirio iudicis, quæ tamen pœna arbitraria ceſſaret, quando illa ancilla ab alio cognita fuiſſet vt per Iacob. Menoch. de arbitr. iud. libr. 2. centur. 3. caſu 293. *Giach.*

36 l *Quod intellige, ſi tale ſtuprum ſine vi &c.*] Adde, † quod ad hoc, vt ſtuprum dicatur cum violentia commiſſum, oportet, quòd violentia ſit facta perſonę, quia crimen uiolentiæ dicitur crimen perſonale, Bart. in l. licitatio, §. quod illicitè, ff. de public. Et quo ſequitur, quod ſi quis frangeret oſtium domus, vel thalami, & uiolenter ingrederetur, & non uiolenter cognoſceret, non diceretur commiſiſſe, in coitu uiolentiam, ſed uiolenter tantum ingreſſum fuiſſe, ita in terminis conſuluit Caſtren. in conſil. 27. num. 1. & 2. uol. 1. quem ſequitur Diaz. in tract. crim. lib. 8. cap. 15. numer. 3. tom. 2. licet And. de Iſer. in titul. quæ ſint rega. in uer. contrahentium inceſtas nuptias, num. 40. poſt me[d]. contrarium tenuerit.

37 Item adde, † quòd proſternens in terram uirginem, ſi conatus eſt illam cognoſcere, per hoc non debet pæna capitis puniri, ut conſuluit Cuman. conſil. 95. Chriſtophorus, quem refert, & ſequitur Dec. in l. ſi fugitiui, numer. 46. C. de ſer. fugit.

Item adde, † quod ille, qui per uiolentiam uirgine ſtuprauerit, uel eam de domo rapuerit, & alibi aſportauerit, uel eam ſollicitauerit, & interpellauerit cum odioſis artibus, circumueniendo, quamquam ex poſt facto interueniat uoluntas iqſius uirginis, uel honeſtæ uiduæ, tunc committens ſtuprum punitur etiam pæna capitis, ut per Afflict. in tit. quæ ſint regalia, §. condemnatorum, numer. 2.

38 Item adde, † quod ſtuprum uiolentum non tantum dicitur quando interuenit uis, & uiolentia uera, ſed etiam quando interueniunt blanda uerba, & allectamenta, ac doloſæ promiſſiones, & iſto caſu etiam punitur pęna mortis, quia illa promiſſio, & ſeductio eſt uis interpretatiua, ita tradit Afflict. in conſtitut. ſi quis rapere. 2. notat. 3. quæſt. numer. 9. & Foller. in practic. crimin. part. 3. numero 16. & hoc procedit etiam, quod ipſa acceſſiſſet ad domum uiri, ut ibi per Afflictum, ubi quoque habetur, quòd ſtuprum uoluntarium ſine alliciamentis punitur mediate bonorum omnium ſuorum fiſco applicandorum (licet ipſa ad domum uiri acceſſiſſet, ſi uir eſt honeſtæ conditionis) & relegatione temporali arbitrio iudicis, ſi uerò ſit uilis perſona, fuſtigatur, & nihilominus in exilium mittitur, & iſta eſt pęna, quæ imponitur de iure ciuili per tex. in §. item lex Iulia. inſtitut. de pub. iudic. quæ tamen pluribus modis limitatur per Girland. in tract. de pęn. omnif. coit. cap. 7. num. 3.

39 Item adde, † quòd ſi quis probetur cognouiſſe mulierem per uim, quia illa elocutio poteſt intelligi actiuè, & paſſiuè; ideò interpretabitur paſſiuè, ut excludatur delictum Bartol. in leg. 2. in fine, ff. de duobus reis, Abb. in capitul. dubium, el 2. columna. ultim. de elect. Decian. conſil. 8. numer. 45. uolum. 1.

40 Item adde, † quod mulieri aſſerenti, ſe uim paſſam, uel tentatam de ſtupro, ſeu ſtupratam non creditur, Crauet. conſil. 41 numer. 2. Grat. conſil. 52. numer. 28. Grammat. conſil. 45. numer. prim. & Bertazzol. conſil. 3. uolum. primo, & de uiolentia iſta uide Brunellum in tract. de ſponſal. concluſ. 18. numer. 10. tom. decimo, ubi refert notabile exemplum de quodam iudice, qui condemnauit accuſatum de huiuſmodi uiolentia ad dandam illi mulieri certam quantitatem pecuniarium, cui poſtea dedit licentiam auferendi illas pecunias illi mulieri, & cum non potuiſſet ob reſiſtentiam dictæ mulieris, mandauit, ut reſtitueret pecunias accuſato, quia multo magis defendiſſet corpus, ſi uoluiſſet, ad illud carmen Ouidij.

Vim licet appelles, grata eſt vis iſta puellis.

Et uis uidetur fieri, dum mulier magno clamore auxilium implorat, ut per Iodoc. in ſua practica, capit. 95. numer. 6. & 10. alias non dicitur uiolentia, ſi non interuenit reſiſtentia, Corn.

Corn. conſil. 24. uol. 2. & quando mulier diu tacuit, & diſtulit accuſare, accuſatus præſumitur innocens, quia ex tarditate præſumitur dolus, & calumnia, Boer. deciſ. 42. numer. 20. & Foller. in pract. cenſuaria fol. 250. *Baiard.*

m *Sed pone.*] Bonacoſſa commu. opin. verbo virgo. Boer. deciſ. 17. in fin. & 316. numer. 56. Veg. conſ. 66. numer. 24. lib. 1. Roſell. in conſ. diuerſ. crimin. 12. libr. 2. Horat. Lucius in 1. vol. conſ. 161. Farin. quæſt. 147. §. ſtuprum num. 10. & ſeq. Item q. 147. num. 46. Vulpell. reſponſ. 125. vbi latè de viduarum materia, & alia de muliere, quę ſtupro conſentit numer. 49. & ſeq. *Roſ.*

Sed pone, quod ſtuprator dicat, &c.] Adde,
41 † quòd credendum ſit mulieri aſſerenti ſe fuiſſe defloratam Pariſ. conſil. 160. volum. 4. Foller. in pract. crim. ver. & ſi cōfitebuntur numer. 146. folio 327. *Baiard.*

n *Reſponde quod in*
42 *dubio.*] Adde, † quòd virginitas debet allegari & ab ipſa muliere, & nō à tertio, ad hoc, vt præſumatur, Crauet. conſil. 166. num. 5. ſed Maſcar. de probat. concluſ. 1410. num. 9. cum ſeq. dubitat de hoc dicto, quia virginitatis præſumptio eſt naturalis, cum ſit circa qualitatem inſitam à natura. *Baiard.*

o *Cum vidua nunquā vidi aliquem puniri.*) Adde tamen, quod ait Gul. de Cun. in leg. raptores, col. 2. C. de epiſ. & cler. quem refert, & ſequitur Gramm. col. 4. num. 23. quem refer, & ſequitur Rolan. eius conſ. 53. numer. 26. volum. 2. Item, quod ſi quis cognoſcit uirginem, vel viduā ſiue uiolētia ſine armis, nō habet locū pęna raptus: ſed ſi eſt nobilis, debet amittere dimidiam partē bonorum; ſi autem eſt uilis debet corporaliter puniri, non tamen, ut moriatur. *Giach.*

p *Etiam, quando tale ſtuprum fuerit commiſ-*
43 *ſum.*) Adde, † quòd Senat. Pedemont. iudicauit ſecundum affirmatiuam opinionem, intra annum luctus, deciſ. Pedemont. 77. in fi. Et idē tenuit Roland. conſ. 86. num. 42. in 2 Bertazzol. conſ. 20. num. 42. & Viu. commun. opin. in ultima opin. in ver. vxor. vbi dicit ſic uidiſſe ſeruari, & minores non ſunt reſtituendi ad oponendā huiuſmodi exceptionē ſtupri, ad effectum, & mulier perdat dotem, quia agitur de lucro captando ex delicto alterius, ſed reſtituitur, vbi agitur de lucro mulieirs: Franch. in deciſ. 421. num. 9. dicit, veriorē eſſe opinionem tenentium, quòd indiſtinctè, vidua committens ſtuprum quouis tempore, dotē non amittat. Idem tenet Vulpel. in conſil. 123. quoad dotem, quo verò ad legatū, à marito ſibi factum, dicit eam eſſe priuandam, & ab eius petitione repellendam.

44 Item adde, † quòd vidua propter adulterium commiſſum, viuente, & ignorantem marito, perdit legatum ei factum, & habetur pro reuocato, & remanet penes hæredem mariti; ſi verò de adulterio commiſſo, marito viuente nō poſſit apparere, ſed duntaxat de ſtupro commiſſo in viduitate, legatum perdit, & applicatur fiſco, Ruin. conſil. 155. num. 3. & 4. uol. 3. uide etiam Neuiz. in Sylua nupt. libr. 2. in uerſicul. ſeni non eſt nubendum, numer. 45. vbi de omnibus, quæ perdit uidua ſtuprum committens. *Baiard.*

p *In iudicando.*] Adde, uide per Crauet. cōſ. 205. col. 4. uerſic. Nono poſito, vbi per 4. colum. conſnluit contra Paul. Caſt. & ſequendo partē contrariam illam comprobat, & contraria diluit. Item tenet in conſ. 304. col. fin. *Giach.*

r *Itē vaſſallus.*) Far. d. loco num. 20. *Roſ.*

ſ *Fuit aliquādo.*) Theſaur. d. deciſ. 3. in fin. & deciſ. 148. & Farin. d. q. 147. §. ſtuprum, num. 30. & ſeq. *Roſ.*

t *Nondum viripotētem.*) Adde, & fuſius uide per Iac. Menoch. de arb. iud. lib. 2. centur. 3. caſ.

[m] *Sed pone, quòd ſtuprator dicat puellam non fuiſſe*
4 *virginem tempore, quo cum ea concubuit; ipſa verò dicat, quòd erat virgo: cui eorum eſt magis credendum?* [n] *Reſpond. quod in dubio præſumitur virgo, niſi ipſe ſtuprator probet contrarium. Et ita tenent communiter Doctores, vt dicit Abb. in c. 1. numer. 5. de adult. quem refert Bermon. in tract. præallegato poſt num. 6.*

Certum pro ſtupro commiſſo [o] *cum vidua ego nunquam vidi aliquem puniri, prout etiam in regnis Hiſpaniæ de generali canſuetudine abolitā eſſe pœnam huiuſmodi ſtupri atteſtatur Anton. Gomeſ. ſupr. l. 80. Tauri, num. 14.*

5 *Sed nunquid vidua committens ſtuprum perdit dotem? Reſpond. In hoc variæ fuerūt Scribentium opin. Nam Paulus de Caſtr. conſil. 147. lib. 2. tenuit, quod illam ammittat, & hanc opin. dicit eſſe communem Boer. deciſ. 338. num. 1. Apoſtill. ad Abb. in capit. plerumq. de donat. inter. virū, & vxorem, prout illum refert Pract. Conradi, fol. 388. numer. 12. Bellon. in rub. C. de edend. numer. 8. quem refert Arius, C. de bonis maternis, fol. 728. Multi verò tenuerunt contrarium; adeo quòd Socin. Iun. conſ. 111. nu. 7. in fi. lib. 3. dicit, quòd forte hodie contra Paul. de Caſt. eſt magis communis opin Quinimò Guid. de Bened. in 3. parte recep. capit. Raynutius in verb. qui cum alia matrimonium contrahes: num. 202. dicit extra dentes, quòd hæc concluſio, quod vidua ſtuprum committens ammittat dotem, communiter reprobatur. Et certè negari nō poteſt, quin ſint magnæ auctoritates hinc inde; credo tamen hòdiernis temporibus opi. contra Paul. de Caſt. eſſe magis communem, vt dicit Soc. Iun. in d. conſil 111. & Rol. conſil. 87. circa fin. lib. 2. ſecundum illam in facti contingentia iudicauit Curia Burdegalen. vt refert Boer. in allegata deciſ. 337. in fin. Pariter etiam ſecundum hanc opinionem plu ries iudicatum fuiſſe atteſtatur Didacus in epito. ſuper 4. decret. fol. 138. numer. 10. & ſeq.* [p] *etiam quando tale ſtuprum fuerat commiſſum intra annum luctus. Et ideo ab hac opinione, quæ etiam benignior eſt, non recedas* [q] *in iudicando.*

6 *Generaliter autem, licet omnes pœnæ impoſitæ de iure communi conta viduas nubentes intra annum luctus, hodie ſint ſublatæ, vt dixi ſupra libr. 4. §. Matrimonium; adhuc tamen locum habent contra viduas luxurioſe, & inhoneſtè viuentes. Et hæc eſt communis opin. vt dicit Ioan. Garon. in rubr. de ſecun. nupt. in 28. pœna, Ioan. Nic. Arelat. in l. generaliter, in princip. numer. 15. C. de ſecund. nupt. Et conſequenter non ſunt ſublatæ in vidua committente ſtuprū intra annum luctus. Et ita tenent communiter omnes Doctores, vt dicit Ioan. Garon. in authen. eiſdem pœnis, in tertio notab. in fin. C. de ſecundis nuptijs. Et ideo vidua poſt mortem teſtatoris ſtuprum committens, perdit tam ipſa, quàm ſtuprator, & omnia ſibi relicta à teſtatore, & ea fiſco applicantur. Et eſt communis opin. vt dicit Ioann. Garon. in l. 1. in textualibus. numer. 58. C. de ſecund. nupt.*

7 *Parriter etiam vidua inhoneſtam vitam ducens non gaudet priuilegijs, quæ a iure viduis conceduntur, & ita tenent omnes, vt dicit Fel. in c. ſignificantibus, poſt num. 8. de offic. deleg. Quæ autem ſint priuilegia viduarum, dixi ſupra libr. 2. §. Vidua. Amittit igitur. vidua luxurioſe viuens priuilegium domicilij mariti. Et eſt communis opin. vt dicit Claud. in l. cum quædam puella, num. 4. ff. de iuriſd. omn. iud. quem refert Cagn. in ea. l. cum quædam, poſt numer. 5. verſ. limita.*

8 [r] *Item vaſallus committens ſtuprum cum vxore vidua dodomini ſui defuncti, priuatur feudo, vt dixi ſupra lib. 4. §. Feudum, q. 48.*

9 [ſ] *Fuit aliquando dubitatum, qua pœna ſit puniendus ille, quid deflorauit, ſeu deflorare conatus eſt puellam virginem,* [t] *nondnm viri potentem. Et in hoc reperio aliquos tenuiſſe, quòd debet puniri pœna mortis. Et dicit Io. Fab.*

in §. Item lex Iulia, poſt numer.7. Inſtit. de pub. quòd de conſuetudine tales ſtnprantes virgines immaturas ſuſpendũtur, & illum refert, & ſequi videtur Afflict. ſuper 1.part. conſtitu. regni, rub. 19. num. 14. Refert. etiam Boſſ. in tit. de coitu damnato, numer. 67. Tu dic, quòd tale delictum de iure communi non punitur pœna mortis, ſed humiliores in metallum damnantur, honeſtiores verò in inſulam relegantur, vt eſt tex. expreſſus. in l. ſi quis aliquid §. qui nondum viripotens. ff. de pœn. Et ſecundum hanc opin. conſuluit Signo. conſil. 207. Et ita reperio in facti contingentia iudicatum fniſſe per conſ. Neap. a quo fuit quidam condemnatus pro hoc delicto, per ſeptennium ad triremes, & ad dotandum puellam, vt refert Grammat. deciſ.22. Hanc etiã opin. pariter in facti contingentia ſeruatur Curia Delhp. vt atteſtatur Guido Papæ, deciſ. 555. Vidi dubitari. quem refert Bermon. de concub. folio 114. numero 39. in fin. Ego in hac ſpecie facti vidi per Senatum diuerſimode iudicari: nam Stephanus de Alice, qui cum puella, nondum quadrienni, voluit coire, & ei fregit pudibunda, iuſsus fuit capite truncari. 6. Septemb. 1558. P. N. Et aliàs quidam Ioann. de Raſſis, qui puellam quinque annorum violauerat, fuit tantummodo condemnatus ad triremes per decennium 8. Iunij 1555. I. D. P. quod etiam ſeruatum fuit in quodam Antonio Mutinenſi, 8. Auguſt. 1557. P. N. u Præterea crederem hoc relinquendum eſſe iudicis arbitrio, qui inſpecta qualitate facti, & perſonarum, illam pœnam imponeret, quæ ei videretur. Ego tamen ſemper fui in voto, quod vbi eſſet ſolum conatus ad deflorandum, non puniretur pœna mortis, ſed alia, citra mortem, graui, puta triennium perpetuo, vel per decennium. Vbi verò frangeret pudenda, nullo modo euadere deberet pœnam vltimi ſupplicij.

caſ.294. uide, quæ dixi ſupra §. Sodomia, verb. cum muliere, & p Carrer. in pract. crim. §. homicid. 6. nu. 305. *Giach.*
u *Præterea crederem hoc relinquendum arbi-*
45 *trio Iudicis.*) Adde, † quod idẽ tenet Menoc. de arbit Iud. caſ. 294. vbi
46 plenè hanc materiã tractauit, & ibi habetur, quid de virgine viri impotente in vxorẽ ducta, an maritus puniatur: Et
47 tenet, † quòd vti ſtuprator puniri debeat: idem affirmat Afflict. in cõſt. ſi quis rapere, num. 17. dicit. tamẽ, quòd in iſtis actibus de iure canonico malitia ſupplet ætatẽ adeo, quòd maritus puniri non poterit, quia tunc matrimonium tali coitu conſumatur, dummodo virgo, ita fuerit ętati proxima qđ potuerit copula carnali coniungi, & non adſit violentia, vel poſt violentiam conſenſus accadat, & eſt text. in c. de illis. de deſpõſ. impub. & ibi etiã poſuit alias quæſtiones in materia ſtupri, quas videre poteris. *Ba.*

§. VSVRA.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Vſura quid ſit.*
2 *Vſura quibus modis committitur.*
3 *Vſuræ an ſint omni iure prohibitæ.*
4 Et *an de iure ciuili.*
5 Et *an pro vſura poſſit quis criminaliter puniri.*
6 *Caſus, in quibus vſuræ ſunt a iure permiſſæ.*
7 *Iudæi an poſſint de iure communi vſuras licitè exercere.*
8 *Vſurarum crimen eſt eccleſiaſticum.*
9 *Vſura an probetur per teſtes ſingulares.*
10 *Vſurariorum pœna quæ ſit.*
11 *Vſurarius tenetur reſtituere vſuras.*
12 *Et an dominium rerum, quas extorſit ex cauſa vſurarum in illum transferatur.*
13 *Vſuarius manifeſtus an poſſit teſtari.*
14 *Et an donare cauſa mortis.*
15 *Et quis dicatur vſurarius manifeſtus.*
16 *Vſurarij ſuut infames.*
17 *Vſurarius, qui aliquando exercuit vſuras, & poſtea deſiit fœnerari, an adhuc dici poſſit vſurarius.*

Ex Additionibus.

1 *Vſura quid ſit.*
2 *Vſura directè contrahitur in mutuo, in ceteris contractibus indirectè.*
*Vſura multifariè committitur, num. eod. & num. 37.**
Vſura fit etiam circa frumenti mutuum, vel pecuniæ ad frumentum, remiſſiuè, num. eod.
3 *Mutuanti an liceat aliquid accipere vltra ſortem.*
4 *Mutuans granum, vel quid aliud, quod curſu temporis deterioratur pacto adiecto, quod non reddatur niſi tali die, vſuram committit.*
Vendens carius ad tempus quando committat vſuram remiſſiuè. num. eod.
Vſura quomodo contrahatur annuo cenſu, remiſſiuè nu. eo.
5 *Vſura an præſumatur in dubio.*
6 *Et in materia vſurarum ſtandum eſt potius Doctoribus Iuris Canonici, quàm Theologis.*
7 *Teſtator confitens ſe fuiſſe vſurarium, ſemper talis extitiſſe preſumitur, vt hæres teneatur ad reſtitutionem,*
8 *Vſura piratica quæ dicatur.*
9 *Vſura quandoque colligitur ex contractuum coniunctione.*
10 Et *quomodo cognoſcatur contractus vſurarij, remiſſiue.*
*10 *Execrabilior vſura quæ ſit.*
11 *Vſura decem, & nouem rationibus prohibetur, remiſſiuè.*
12 *Vſura eſt prohibita lege Moſaicá,* Euangelica, *Canonica, autentica, philoſophica. & politica, ideſt ciuili.*
Vendens rem habita ſide de pretio cum intentione eandem minoris redimendi vſuram committit, num. eod.
13 *Vſurarij vltra pœnas canonicas au poſſint criminaliter puniri à Iudice laico.*
14 *Et an ſit locus torturæ in hoc crimine.*
15 *Et quid in Regno Neap.*
16 Et *an Iudex ſecularis in eodem Regno poſſit procedere ex officio contra vſurarios.*
17 Et *quid de iure communi, remiſſiuè.*
18 *Vſuræ in quibus caſibus ſint permiſſiuè.*
Et in quibus ſocietas, ſeu ſoccida ſit licita remiſſiuè, nu. eod.
19 *Et quid de cambijs mercatorum, remiſſiuè.*
20 *Iudei ex indulto Pontificis vſuras licitè exercent.*
Et in caſu prohibito poterunt puniri à Iudice laico, nu. eod.
21 *Vſurarum crimen an ſit merè eccleſiaſticum, remiſſiuè.*
22 *Vſura qualiter poſſit probari,*
Et *an per argumenta, & coniecturas, num. eod.*
Vſurarius manifeſtus quomodo probetur remiſſ. num. eod.
23 *Vſura an probetur per teſtes, qui eam ſoluerunt.*
24 Et *quid in ſtatu* Eccleſiaſtico.
25 Et *quid in Regno Neap.*
26 *Vſurarius cõtractus probatur præſumptionib. & coniecturis*
27 *Vſurarij quibus pœnis afficiantur.*
28 Et *qu bus in Regno Neap.*
29 Et *quid in ſtatu* Eccleſiaſtico.
30 Et *pœna mutuantis ad vſuram non extenditur ad recipientẽ*
31 *Vſurarius an excuſetur à pœna ob conſuetudinem malam, & iniuſtam.*
32 *Vſurarius an ſit puniendus, ſi vſuras non recepit.*
33 Et *quid ſi duntaxat fuerit enixus fænerari.*
34 *Vſurariorum bona mobilia deſcribi, & ſequeſtrari poſſunt.*
35 *Iudex eccleſiaſticus poteſt in crimine vſurarum vltra penas canonicas mulctam imponere, & ex officio procedere.*
36 *Iudex coram quo ciuiliter agitur de vſuris, poteſt in eodem proceſſu iniurioſum deffamatorem ciuiliter coudemnare.*
*36 *Vſurarius manifeſius non eſt in loco ſacro ſepeliendus.*
37 *Vſurarius manifeſtus quis dicatur, & quib. modis probetur.*
38 *Vſurarij ſunt infames ſola Iudicis declaratoria.*
Montes pietatis aliquid accipere poſſunt, ſub num. 19.

ADDI-

§. VSVRA.

1 VSVRA, *eſt lucrum* a *ex mutuo pacto debitum, vel exactum. Et hæc eſt diffinitio vſuræ, tam* Theologorum, *quam* b *Iuriaſtarum, vt dicit Alberic. in l. iubemus, col.4. ver. Quid de tali C. de ſacroſanct. eccleſ.* c *Cõmittitur autem vſura multis modis, ſed de hoc cum magis ad ciuilem cũtractum mate*
2 *riam, quàm criminalem pertinere videretur, diffuſe tractaui ſup. lib. primo, vbi etiam dixi, an cambia mercatorum ſint licita, & c.* d
e *Sciendum eſt autẽ, quòd*
3 *vſuræ ſunt omni iure prohibitæ, & in primis quidẽ de iure naturali, & eſt communis opi. vt ait Didac. lib. 3. reſolutionum, c. 1. poſt nu. 5. dicens, quòd eam tenent frequentiſſimo omnium conſenſu Theologi. Pariter etiam ſunt prohibitæ de iure diuino, etiam euangelico, & ita Theologi, & Canoniſtæ frequentiſſimo omnium conſenſu axiſtimant, vt ait Didacus in loco præallegato, poſt n. 5. ver. Iure diuino. Item de iure canonico, toto titu. de vſuris & in hoc nemo dubitat.*
4 *Difficultas eſt, an etiam ſint prohibitæ de iure ciuili. Et in hoc quidem variæ ſunt Scribentium opin. ex quo videtur, quòd de iure ciuili vſuræ infra legitimum modum ſint permiſſæ, ſecundum opi. quam dicit eſſe communem Alciat. in c. 1. num. 78. de offi. ordin. Et quod vſuras omninò non prohibeat lex ciuilis, dicit eſſe quaſi omnium Doct. comunem opin. Chriſtoph. de Caſtil. conſ. 36. poſt*

ADDITIONES
Ad §. Vſura.

a *VSura eſt lucrum ex mutuo pacto debitum.*] Sed quòd poſſit mutuans licitè aliquid recipere, quando ſpontè ſibi aliquid gratis offertur à debitore ſuo, vltra ſortem gratia remunerationis nulla interueniẽte petitione, vel obligatione, ſeu pactione, vide latè per Natt. ſuo conſ. 498. num. 28. vbi alios cõcordantes allegat, fallit tamẽ vbi mutuas habet mentẽ deprauatam, ſperando aliquid conſequi, vt not. Abb. in c. conſuluit, in 1. not. de vſuris, quia tenetur reſtituere, num. 5. vtroque foro. num. 6. Quid ſi recipiatur aliquod ſcrutinium verbale, vel facti, vide per Abb. in c. fin. eod. ſub num. 16. *Giach.*

Vſura eſt lucrum.] Vſura multa, Peguer. deciſione 30. & ſeqq. & 127. in fin. Vigell. M.I.R. libr. 1. cap. 13. ſpecie 13. de vſur. R*oſ.*

Vſura eſt lucrum ex
1 *mutuo.*] Adde, † quòd uſura pluribus modis diffinitur; & iſta eſt illa diffinitio, quę videtur magis recepta, quod uſura eſt, quicquid ſorti accedit ex pacto, uel intentione præcedẽte, ita Innocen. Abb. Card. & Anan. in cap. 1. de vſur. quam diffinitionem multis rationibus impugnat Couar. lib. 3. uariar. reſolut. cap. 1. aliam tradendo diffinitionem, videlicer, quod vſura eſt uoluntas capiendi vltra ſortem lucrum aliquod temporale vi, & cauſa mutui principaliter, ſed utraque diffinitio à Io. Bapt. Lup. reprehenditur in tractatu ſuo de uſur. comment. 1. §. 1. & alio modo uſuram diffinit, dum dicit, quod uſura eſt lucrũ receptum à creditore pro uſu rei mutuo datæ; ibi tamen concludit, quod ſi aliæ diffinitiones in iure ſunt periculoſæ, iſta eſt periculoſiſſima.

b *Iuriſtarum.*] Adde his in materia uſutarum potius eſſe ſtandum doctoris iuris canonici, quam Theologicis ſecũdum Ancharan. in diſput. antiqui, & moderni temporis uiri catholici, & Dec. conſil. 3. num. 131. poſt num. 6. uerſ. nec curandũ 602. in 2. dub. & in cap. nè innitari in 1. lectu. in fin. de conſt. ubi pulchrè uide, & ad idem per Natt. in conſilio 250. num. 2. *Giach.*

2 c *Committitur autem vſura.*] Adde, quod uſura committitur directè in mutuo; indirectè in ceteris contractibus, deciſ. Pedemont. 95. num. 36. Berons conſilio 168. uolumine primo. Menoch conſil. 109. num. 28. & ob malam intentionẽ ſub quacunque uerborum conceptione poteſt contineri, Nat. conſil. 572. num. 9. Rimin. iun. conſ. 463. num. 30. & Menoch. conſ. 106. multas detegit artes, quibus quandoque à Senatoribus ignari homines decoquuntur, uide etiam Natt. conſ. 369. ubi tractat de uſuris, quæ committuntur mutuando frumentum, uel pecuniam ad frumentum, & in conſ. 398. nu. 28. ubi
3 tenet, † quod mutuãs poteſt licitè aliquid recipere, quãdo ſpõtè aliquid datur remunerationis gratia, nulla interueniente obligatione, ſiue intentione, & an licitum ſit locare boues ad
4 granum, uide Lauren. de Rodulphis in tractatu de uſur. quæſtione 23. & mutuans granum, uel quid aliud, quod curſu temporis deteriorari poteſt, pacto adiecto, quod non reddatur, niſi tali die, uſuram committit. Plot. conſil. 74 nu. 2. & de uendente cariori pretio ad tempus, quando non cõmittat uſuram, Beci. conſil. 111. & quomodò committatur vſura in contractu annui cenſus, Io. Anton. de Nigr. ſuper cap. Regni, in ca. 238. num. 27. cum ſeq. & in Conſtit. 82. Pij Quinti, vbi datur forma creandi cenſus.

5 Item adde, † quod in dubio fauore animæ iudicandum eſt pro uſura, Caſſan. conſil. 63. nu. 2. Bero. conſil. 198. nu. 2. uol. 1. Burſat. conſil. 165. ſed in foro cõtentioſo, vſura non præſumitur, & eam allegans probare tenetur, Bald. conſ. 39. & 220 uol. 3. Crau. conſ. 48. nu. 8. ubi ipſe dicit etiam, quod in foro conſcientiæ opinio eligi debet in dubio, quæ animæ ſit tutior, niſi quis eſſet ſolitus fęnerari, quia tunc etiam in foro contentioſo, in dubio cõtractus iudicaretur uſurarius, Deci. in l. rogaſti, §. ſi tibi, in fin. ff. ſi cert. peta. & in materia uſurarum, potius eſt ſtãdum Doctoribus iuris Canonicis, quã Theologis, vt per Alexã. in conſ1. col. 5. vol. 2. Deci. conſ. 111. n. 5. & Rim. iun. conſ. 177. num. 25.

7 Item adde, † quod ſi teſtator cõfeſſus eſt, ſe fuiſſe vſurarium, præſumitur quod ſemper fuerit ad finem, quod hęres compellatur ad reſtitutionẽ, quia erit ſalubrius pro anima defuncti, Ancharan. conſil. 129. & Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 1. in fine.

8 Item adde, † quod uſura pyratica dicitur, ubi uenditur tẽpus, & qui data dilatione, cum fideiuſſione uendunt merces cariori pretio, eaſque per ſe, uel per interpoſitas perſonas reemunt viliori pretio, deinde illas cariori reuendunt, & iſti ſunt meri latrones, Franciſcus Scagl. ſuper Ritibus magn. Curiæ Vicar. ritu, uſura, num. 7. fol. mihi, poſt Carau. 223. & uide infra num. 12.

9 Item adde, † quod uſura colligitur aliquando ex duorum contractuum coniunctione, l. ſi uentri. § primo. ff. de priuileg. credit & Bald. in rubric. extra, de offic. iudic. num. 4. & ad de-
10 cernendos aliquos contractus uſurarios, uide Crauet. in conſ. 145. uol. 1. B*aiar.*

d *Etc.*] Hic ſcias, quòd uſura omnibus alijs execrabilior
*10 † eſt illa, quam committunt mutuantes de nundinis ad nundinas: licet contractus ueletur ſub ſpecie uenditionis, uel permutationis, uel alterius contractus, cum excedat centeſimam, ita Hoſt. in ſum. de uſu. §. in alijs autem caſibus, uerſic. quid ſi quis mutuet pecuniam, & uſuræ uelatæ ſunt magis puniendæ, quàm manifeſtæ, quia magis delinquit, qui ſententiam legis ſaluis uerbis circumuenit, quàm is, qui contra uerba legis facit, ideò acrius puniri debet, ut per Natt. in conſ. 670. ante nu. 12. Triginta, & ſeptem caſus, in quibus accipere aliquid ultrà ſortem licet, uide per Soc. mihi ſub reg. 6. Et nota, quod licet uſura non ſit de articulis, nec de ſacramentis, tamen dicere, uſuram non eſſe peccatum eſt hæreticum, ut per Bello in cõſ. 78. num. 7. & quomodo probetur uſurarum crimen, uide per Oſaſc. plenè dec. 72. Et quid de uendente capitale mercium, pro certa ſumma ſibi ſoluenda cum pacto, ut ſibi ſoluantur, ut puta, quinque pro centenario in recompenſatione lucri, an dicatur contraxiſſe illicitè, uide Hippol. Rim. *Giach.*

11 *Sciendum eſt autem.*] Adde, † quod uſura eſt prohibita multis rationibus, ut per Marian. Soc. in rubr. uſur. ubi decem, & nouem rationes poſuit, & multum diffuſè hanc materiam uſurarum tractauit: & ibi num. 79. dicit, quod uendens pannum,

uel